



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Caput XVIII. a Idem Arelatensi Archiepiscopo, Vallis b Magnæ Abbati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

CAPUT XVIII.

^a Idem Arelatenſi Archiepiſcopo, Valliſ ^b Magnæ Abbati.

Cum dil. Fil. Ciftercien. Abbas, & P. & R. fontis Frigidi, Sed. Apoſt. e L. ad a Agathen. Eccleſiam acceſſiſſent, ut in ea legationis officium exercerent, quia de ven. F. n. Agathen. Epifcopo per frequentem clamorem multa ſibi fuerant inſinuata ſiniſtra, voluerunt deſcendere, ac videre, ſi clamorem opere compleviſſet. Ideoque tam Epifcopum, quam Canonicos juramenti vinculo aſtrinxerunt, ut ſuper ſtatu Eccleſiæ ſibi dicerent veritatem. *Et infra*: Quia verò non conſtitit ſub qua forma coram prædictis Legatis præſtitit ^e juramentum, utrum videlicet ita juraverit ut ſuper ſtatu Eccleſiæ plenam, & meram diceret veritatem; an ita, ut ad inquiſita veraciter reſponderet: diſc. v. per A. f. m. quat. eiſdem Legatis ex parte noſtra, in virtute obedienciæ diſtrictè mandetis, ut ſub qua forma juramentum præſtiterit, ſtudeant fideliter intimare: & ſi ſecundum reſponſionem eorum ſub ſecunda forma juraverit, aut ipſe coram nobis ſufficienter probaverit, ſe ſub illa forma juraſſe, per deſiſtiones teſtium, quos produxerit apud Sedem Apoſtolicam conſtitutus, quas vobis ſub bulla noſtra mittimus intercluſas, aut etiam aliorum, cum nondum deſiſtiones illæ fuerint publicatæ, nec ipſe productioni teſtium renunciare curaverit: quoniam ſecundum eam non tenetur ex debito juramenti, niſi ad inquiſita ſolummodo reſpondere, vos excuſationes illas, quas vobis ſub bulla noſtra mittimus intercluſas, diligenter audite cureris, & ſi eas probaverit diligenter, cum excuſationes hujusmodi confeſſiones illas non exprimant, quæ tales ſunt, ut ad bonum, & malum valeant retorqueri, & ideò judicari debent ex cauſa eum ſub. apob. penitus abſolvatis: cum etſi repertus fuerit culpabilis in quibusdam, ex labore tamen, & pudore punitus, quos propter hanc cauſam incurrit, hujusmodi levis culpa leniter ei valeat indulgeri. Quod ſi excuſationes illas ſuper dilapidatione, naufragio, & ſimonia probare nequiverit, aut ſi ſub prima forma juravit; cum ſecundum eandem veritatem ꝑ tacere, nec admicere debuerit falſitatem, vos non obſtantibus excuſationibus illis, quas denuò propoſuit coram nobis, cum in confeſſionibus ſuis nullam omninò de illis fecerit mentionem, quamvis firmiter aſſeruerit, quod exceptiones plures ex illis prædictis Legatis expoſuit, quas ipſi ſcribere non curaverunt, cum hoc per ſe probare non poſſet, tanquam qui ſolus examinabatur ab illis, cum ſublato cujuſque contradiccionis & appellacionis obſtaculo ab adminiſtratione Agathenſis Eccleſiæ removeatis.

NOTÆ.

- ^a **A** *Arelatenſi.*] ita etiam legitur in tertia collectione, *ſub hoc titul. cap. 5.* Michaeli videlicet Archiepiſcopo Arelatenſi: de qua Metropoli nonnulla adduxi *in cap. 16. de offic. de leg.*
1. ^b **Vallis magna.**] Valliſ magna Ciftercienſis Ordini duplex eſt: altera Bituricenſis diœceſis, alia in diœceſi Agathenſi, de qua in libris Camerae ita legitur: *Sexta filia Bonavalliſ Viennenſis, Valliſ bona in lingua Occitana, diœceſis Agathenſis.* Refert Manrique *rom. 2. annal. Ciftercienſ. anno 1150. cap. final. n. 9.*
2. ^c **Apoſt. Sed. Legati.**] Videlicet S. Arnaldus, 17. Abbas Ciftercienſis, & B. Petrus, & Radulſus, monachi monaſterii Fontisfrigidi, Legati miſſi contra Albigenſes ab Innocentio III. & ut Albienſium provinciam viſitarent: & poſtea

Sanctus Arnaldus creatus fuit Archiepiſcopus Narbonenſis, ut refert Manrique *rom. 1. in ſerie Abbatum Cifterc. num. 17.* De Ciftercienſi Ordine, & Fontis Frigidi monaſterio egi *in cap. cum ordinem 6. de reſcrip. cap. ad petitionem, de elec. cap. litteras, de ſupplenda.*

^d **Agathenſem.**] Provincia Narbonenſis, de qua egi *in cap. 6. de hiſ que vi.*

^e **Præſtitum juramentum.**] Epifcopus videlicet Agathenſis.

^f **Tacere.**] Dubium eſt inter Doctores, an quotieſcumque reus interrogatur à giudice juridi-cè de proprio delicto, teneatur ipſe proprium crimen fateri? Et expoſiſis variis ſententiis teneri ipſum, etſi pœna capitali plectendus veniat, veritatem dicere, probant innumeri, quos referunt & ſequuntur Sanchez *lib. 6. ſumma, capit. 3. dub. 29. per totum.* Hutierrez *lib. 1. de delictis, cap. 9. cum ſequent.*